rum cabellarum propter regie Curie exerceri[a] dilecto amico et concivi eorum salutem et dileccionem sinceram. Noveritis quod ab olim consulte et deliberate providimus quod pro comodo rei puplice universitatis urbis prefate iurati eiusdem urbis quem ad modum successive statuntur habeant servientem unum pro faciendis serviciis necessariis iuratorum ipsorum pro re puplica antefata, cumque iamdicta eligerimus et eisdem iuratis presentis anni decime indicionis dederimus Palermum Lauritanum in servientem iuratorum ipsorum, idcirco nobilitati vestre mandamus quatenus eidem Palermo de pecunia proventuum cabellarum predictarum debita per vos nobis racione exercicii cabellarum nostrarum predictarum unciam auri unam ponderis generalis pro secundo cathamino eiusdem anni dare et solvere penitus debeatis recepturi ab eo exinde apodixam suo tamen sigillo munitam. Scripte in dicta urbe IIII frebruarii X indicionis.

(a) Così per *exercitori*.

157

[1342] febbraio 7, X ind., Palermo

In risposta ad un mandato regio che ordinava agli ufficiali cittadini di assistere il notaio Ruggero de Vitali, gaito della città, nel sequestro dei beni del defunto Nicola Mazzarella, già gabelloto della dogana di mare e terra pili et mercium minutarum *per l'anno della passata terza indizione - che sulla base del rendiconto del* miles *Masino de Michele, gabelloto degli uffici di secrezia e procura e della cassa della città per lo stesso anno, risultava debitore della Curia per circa 200 onze - sequestro già ordinato in un precedente mandato al capitano, l'università dichiara che l'esecuzione del mandato comporterebbe la convocazione di cittadini palermitani davanti a tribunali esterni, e non può dunque essere eseguita perché in contrasto coi privilegi cittadini.*

[cc. 41 r./43 r.]

Sacre regie maiestati universitas felicis urbis Panormi manuum

oscula et debite fidelitatis obsequia. Nuper a sacra vestra excellencia sacre emanarunt lictere continencie talis:

Petrus secundus Dei gracia rex Sicilie capitaneo vel vicecapitaneo pretori et iudicibus felicis urbis Panormi fidelibus suis graciam suam et bonam voluntatem. Noverit fidelitas vestra quod notarius Rogerius de Vitali de Panormo gayto urbis ipsius fideli nostro per alias nostras licteras scribitur in hac forma:

Petrus secundus Dei gracia rex Sicilie notario Rogerio de Vitali gayto urbis ipsius fideli suo etc. Olim de mense frebuarii none indicionis proximo preterite capitaneo felicis urbis Panormi per alias licteras nostras scriptum [c. 41 v.] extitit in hac forma:

Petrus secundus Dei gracia rex Sicilie capitaneo felicis urbis Panormi etc. Cum ex tenore racionis Masini de Michaele militis olim in anno tercie indicionis proximo preterite cabbelloti officiorum secrecie et procuracionis nec non cassiarum Curie urbis prefate fidelis nostri de cabbella ipsa Curie nostre posita in archivio eiusdem Curie officii racionum servatur appareat heredes quondam Nicolai Mazarelle predicto anno tercie indicionis vita sibi comite cabelloti cabelle dohane maris et terre pili et mercium minutarum spectantis ad dictum secrecie officium Curie nostre teneri quam per discussionem et dispuncionem computi eiusdem quondam Nicolai de proventibus et redditibus per eum perceptis et percipi debitis ex iure cabelle prefate magistro Henrico de Montemurro et notario Rogerio de Vitali de Panormo fidelibus nostris ad credenciam nostram ex causa de mandato Curie nostre posito quod per dictum Masinum in dicto raciocinio Curie nostre presentatum inventum fuerit restare liquide penes eum salvo ecciam meliori examine computi supradicti in vestre Curie circa <uncias> ducentas velimusque propterea bona dicti Nicolai tam mobilia quam stabilia existencia in dicta urbe et eius territorio per te pro parte nostre Curie sequestrari donec dicum compotum per nostram Curiam finaliter terminaret, fidelitati tue mandamus quatenus visis presentibus de bonis omnibus que per dictum Nicolaum a predicto anno tercie indicionis usque ad diem sui obitus fuerunt habita et possessa inter fi-

deles nostros huius rei plene conscios et expertos per quos ipsius rei veritas possit melius indagari recepto prius ab unoquoque ipsorum de veritate dicenda corporali et debito ad sancta Dei evangelia iuramento fideliter et diligenter inquires bona ipsa pro parte nostre Curie pro dicta causa vigore presencium debeas sequestrare, non obstante quod aliqua ex bonis ipsius alienata fuerunt per dictos heredes seu aliquem alium infra dictum tempus eciam et distracta, facturus de inquisicione et sequestracione prestium predictorum dicta et deposiciones ipsorum nec non et par[c.42 r.]tidictis quatuor quaternos consimiles continentes nomina et cognomina tecularia bona tam mobilia quam stabilia dicti quondam Nicolai per te ut predicitur sequestranda, quantitatem qualitatem speciem et valorem ipsorum, quorum uno sub sigillis dictorum heredum tibi retento, altero sub sigillo tuo heredibus ipsis dimisso, tercium nobili Raymundo de Peralta comiti Calatabillocte regni Sicilie cancellario et maiori camerario ac regni Aragonum admirato dilecto consanguineo et quartum nobilibus Russo de Rubeo comiti Aydoni Nicolao Lancee militi consanguineo et Henrico de Claromonte militi magne regie Curie magistris racionalibus consiliaribus familiaribus et fidelibus nostris sub tuo sigillo munitas et facias assignari, et nicholominus banniri facias puplice per preconem qui si qui sunt creditores dicti quondam Nicolai infra certum terminum per te in banno huiusmodi distinguendum debeant comparere, quibus comparentibus eis ex parte Curie nostre predicas quod ad magnam nostram Curiam officii racionum cum cautelis earum si quas habeant adversum dictum Nicolaum ac super bonis prefatis accedere debeant et fiet eis super hoc per eamdem Curiam iusticie complementum. Datum etc.

Cumque prefatus capitaneus prescriptas licteras nostras in toto seu in parte per negligenciam non extitit executus, qua de causa certa bona stabilia post mortem dicti quondam Nicolai per ipsius heredes fuerunt vendita et distracta in iniurium nostre Curie evidens detramentum velimusque propterea tam ipsa bona stabilia distracta et vendita sicut supra per quascumque manus ambulaverint quam alia bona et possessiones eiusdem Nicolai restantia que alienata non sunt per te pro parte nostre Curie revocari pro premissa causa in sequestro teneri in forma dictis nostris licteris destinata, fidelitati tue mandamus qua-

tenus attenta forma licterarum ipsarum de bonis omnibus que per dictum quondam Nicolaum a predicto anno tercie indicionis usque ad diem sui obitus fuerunt habita et possessa fideliter et diligenter inquiras in forma premissa per quascumque manus ambulaverint sicut supra illla ab ipsorum possessorum manibus pro parte nostre Curie pro dicta causa vigore presencium debeas revocare in sequestro ecciam et tenere non obstante vendicione et distractione premissis, facturus de inquisicione revocacione et sequestracione predictis quaternos quatuor consimiles in dictis nostris licteris declarata; et ecce capitaneo vel vicecapitaneo pretori et iudicibus dicte urbis quod in premissis tibi pro parte nostre Curie assistant alie nostre cum forma presencium lictere diriguntur. Datum etc.

Propter quod fidelitati vestre mandamus quatenus ad requisicionem dicti notarii Rogeri vobis et vestrum cuilibet pro parte nostre Curie faciende ei in premissis et quodlibet premissorum pro parte nostre Curie assistatis ope favore consilio et auxilio oportunis qualiter dictus notarius Rogerius predicta tibi nostre Curie agenda commisssa vestris mediantibus auxilio et favore exequi valeat et complere possitis merito comendari. Datum [c. 42 v.] *Messane anno dominice incarnacionis millesimo trecentesimo quatragesimo primo vicesimo decembris decime indicionis.*

Quibus vestris litteris mandatis receptis et earum tenore serie plenius intellecto omni reverencia debita que expedit nostre excellencie tenore presencium duximus respondendum: quia inclite princeps et domine a predictas licteras nostras manifeste apparet privilegia et consuetudines eiusdem urbis et specialiter infrascripta derogacione recipere que privilegia seu consuetudines inter alia in rollo consuetudinum dicte urbis annotata tenoris subscripti videlicet: panormitani cives ad causandum extra Panormum cum aliquo tam super privatis quam puplicis negociis tam civilibus quam criminalibus et ecciam pheudalibus questionibus nec citandi sunt nec aliquatenus compellendi nisi ad testimonium proferendum sed in civitate ipsa eos convenire vel accusare volentibus coram iudice suo respondeant et

adimplent omnia que in aliena essent iurisdicione secundum ius et iusticiam ac eorum approbatam consuetudinem[a] impleturi, non obstante quod aliqui sint inventi ubi de iure comuni essent alias respondere cogendi etc.; altera consuetudo sive privilegium sic continens: si quando inter Curiam et civem Panormi super quibusdam negocis civilibus et criminalibus puplicis et privatis questio vel accusacio vel causa suboritur nulla vi prerogativa vel privilegio inter civem vel cives utitur Curie tam in agendo et accusando quam ecciam respondendo cum reges et principes sedem primam eorum sacram regni Sicilie[b] domicilium ac sublime habentes in urbe salva ex toto domini reverencia velut cives ceteri in talibus habeantur nec displicere debent magestati regnancium set illius urbis consuetudinibus allegari in qua ipsi[c] coronam recipere debent ex antiqua et veteri consuetudine adque honore civitatis ipsius qua ecciam preteritis verbibus mansionem precipuam et domicilium elegerunt vocantes et nominantes ipsa tam in privilegiis quam aliis sata affatibus eorumdem urbem felicem, cui ecciam urbi regnantes maxime tempore[d] coronationis ipsorum consueverunt et debent immunitates facere et gracias speciales, et expossentibus privilegiis ipsis que a divis principibus et regibus pro tempore regnantibus predecessoribus vestris nobis fuit indultum et tempore vestre felicis coronacionis confirmatum quod panormitanus civis exire ad causandum non cogitur extra urbem predictam nullo modo nullaque de causa prout patet ex tenore privilegii supradicti [c. 43 r.], qua propter vestre supplicamus benignissime magestati et devote quod predicta privilegia et consuetudines dicte urbis in consulaccione et statum pacificum dicte vestre universitatis placeat et dignetur vestre felici tempore vestris civibus facere observari et dictam sequestracionem non fieri mandare cum si ipsa fieret sequestracio per consequens oporteret personas contra quas sequestratum per dictum notarium Rogerium de mandato regie magestati factum extit extra urbem ad causandum fore exituras. Scripte in urbe felici Panormi VII februarii X indicionis.

(a) Segue *ip* espunto. (b) Seguono lettere espunte. (c) Seguono lettere espunte.
(d) Segue espunto *regnantibus predecessoribus vestris nobis fuit indultum et tempore vestre felicis coronacionis confirmatum, quo cavetur quod panormitanus civis.*

158

1342 gennaio 11, X ind., Messina

Pietro II conferma al notaio Bartolomeo de Bononia la qualifica di notaio pubblico di Palermo.

[c. 43 r.]

Pro notario Bartholomeo de Bononia.

Petrus secundus Dei gracia rex Sicilie universis officialibus et personis aliis felicis urbis Panormi civitatum terrarum et locorum Sicilie ultra flumen Sauzum[a] presentes licteras inspecturis fidelibus suis graciam suam et bonam voluntatem. De fide sufficiencia et legalitate notarii Bartholomei de Bononia civis felicis urbis Panormi fidelis nostri confisi eum in notarium publicum dictarum urbis civitatum terrarum et locorum recepto prius ab eo fidelitatis et eiusdem puplici notariatus officii legaliter exercendi corporali et debito ad sancta Dei evangelia iuramento duximus fiducialiter statuendum, propter quod fidelitati vestre mandamus quatenus prefatum notarium Bartholomeum predictum puplici notariatus officium in dictis urbe civitatitibus et terris auctoritate presencium exercere sine contradicione qualibet permictens ad eum tamquam notarium puplicum urbis civitatum terrarum et locorum eorumdem in omnibus ad ipsum officium spectantibus ad honorem et fidelitatem nostri culminis quociens opus[b] fuerit recurratis. Datum Messane anno dominice incarnacionis MCCC XLI, XI ianuarii X indicionis.

(a) Così per *Salsum*. (b) Segue cancellatura.

159

1342 febbraio 4, X ind., Messina

Pietro II ordina a tutti gli ufficiali dell'isola di far bandire l'imme-

dicibus et quod notarium actorum magistrum oretenus habuisse quod dictum Guillelmum nemini assignaret alibi quam in dicto carcerandum captivum eumdem vobis assignare negavit; quarum continencia intellecta, dicto nobili Francisco per alias nostre serenitatis licteras dari iussimus(a) *expressius in mandatis quod dictum debitorem captivum dicti mandati sibi ut asserit oretenus facti et quamcumque occasione seu excusacione alia non*(b) *obstante statim vobis debeat assignare per vos iamdicti castri ad mare carcere detrudendum; qua propter fidelitati vestre firmiter et expresse mandamus quatenus requisito et habito per vos a dicto Francisco seu eius vecem gerente in dicte castellanie officio prefato debitore captivo ipsum debitorem iuxta provisionis serie factis. Datum Messane XVIII ianuarii X indicionis.*

Cuius mandati tenore reverenter atque protinus exequi cupientes predictum nobilem Franciscum dicti sacri palacii castellanum requiri fecimus eique vigore dicti ma<ndati> [c. 44 v.] expresse iniunsimus quod sub pena vestre gracie maiestatis dictum carceratum omni occasione remota nobis protinus assinaret per nos pro debitis supradictis iuxta prescriptarum serie licterarum in prefato castro ad mare carcere detrudenduum, qui se excusandum a vestra celsuitudine licteras recepisse(c) iniungentes ipsum debitorem pro alis suis creditoribus maiorem pecunie summam petentibus detinere in dicto palacio carceratum prout in quadam protestacione ad nostri cautelam proinde facta manu notarii Henrici de Menna notarii puplici dicte urbis plenius continetur nobis ipsum captivum recusavit penitus assignare.

(a) Segue *In mandatis* espunto. (b) Segue *osante* espunto. (c) Segue parola espunta.

161

[1342] febbraio 2, X ind., Messina

Pietro II comunica al giustiziere e capitano, al pretore e ai giudici di Palermo di aver concesso al genovese Francesco de Saliceto una ulte-

notata concessimus graciose a vecesimo septimo mensis ianuarii none indicionis proximo preterite in antea numerandi prout in rescripto nostri culminis dictis debitoribus inde facto lacius notabatur, cumque nuper dicti anni dilacio sit elapsa dictique debitores infra dictam dilacionem satisfacionem dicti eorum crediti consequi a dicta Curia conspirantes huismodi spe frustrati non valuerit dicta eorum debita solvere eorum creditoribus memoratis supplicaverint sibi de aliqua alia peremtoria moratoria provideri infra quam per omnem viam et modum predictorum debitorum satisfacione infallibiliter adimplere procurent debitoribus ipsis consideracionibus supradictis moratoriarum aliorum sex mensium numerandorum a die date presencium ad satisfaciendum peremtorie et omnino dicta eorum debita duxerimus concedendum dummodo infra dies quindecim a predicto die date presencium computandos de solvendo infra dictam dilatoriam sex mensium dicta eorum debita in pecunia numerata creditoribus prenotatis apud acta vestri iusticiari seu pretoris et iudicum prestet sufficientem fideiussoriam caucionem que ad id se obliget more banci; idcirco fidelitati vestre firmiter et expresse mandamus quatenus si dicti iugales infra dictum terminum dierum quindecim apud acta vestri iusticiarii seu pretoris et iudicum in forma predicta prestiterint fideiussoriam caucionem eis predicte moratorie beneficium observetis nullam eis in personis vel rebus dicte moratorie dilacione durante molestiam inferentes racione dictorum debitorum eorum vel alterius eorumdem, non obstante quod per debitores eosdem renunciatum sit beneficio moratorie tantum vel expresse vel quod ad eadem debita teneantur sub vinculo iuramenti. Datum Messane secundo februarii X indicionis.

Presentatum XIIII februarii X indicionis.

(a) Seguono due parole espunte.

162

1342 gennaio 25, X ind., Messina

Pietro II incarica il notaio Giovanni de Vitali, notaio della Cancelleria, di recarsi in tutte le città, terre, ed altri luoghi del regno al di là

[c. 47 v.]

Pro domino Iacobo de Cosmerio milite.

Circumspectis viris baiulo iudicibus et iuratis terre Corilioni dilectis amicis suis pretor et iudices felicis urbis Panormi salutem et dileccionem sinceram. Circumspecioni vestre presentibus patefiat quod nos pro tribunali sedentibus singulis prout ad nostrum spectat officium iusticiam ministrantes nobilis dominus Iacobus de Cosmerio miles noster concivis sua exposicione querula narravit ut cum idem exponens habeat quemdam fundacum suum(a) et terris suis sitis in territorio dicte terre Corolioni in quo anno quolibet certam vini quantitatem successivo tempore causa vendendum reponit et includit et cabelloti certarum cabellarum ipsius terre seu universitatis eiusdem pro iure ipsarum cabellarum seu cabelle vini eumdem militem seu alium pro eodem racione vini ipsius anno quolibet inquietant et molestent indebite ipsum propterea expignorare non preterponentes, ex quo ducimur non modicum amirari cum credimus vobis non latere panormitanos ad vestras cabellas quoquomodo non teneri nec ad percipiendum in eis compelli debere; ea propter vobis ex parte regia mandamus et ex nostra rogamus attente quatenus ipsum militem nostrum concivem seu alium pro eodem racione cabelle ipsius et aliarum cabellarum universitatis prefate(b) nullatenus ad solvendum ipsum ius seu iura exolvere compellatis cum satis nobis clare liquet racionabiliter ipsum militem ut panormitanum ad id(c) non teneri, scituri preterea si de cetero contra ipsum militem seu quempiam alium nostrum concivem racione premissa per dictos vestros cabellotos et pecuniam et pignora per ipsos cabellotos qui pro tempore fuerunt et sunt ad presens indebite extorta et capta restitui non faciatis instanter post ad[...]ne premissa represalias contra vestros cohabitatores eiusdem terre in eadam urbe in defensione civium nostrorum ex necessitate nostri officii predicti iudicemus. Scripte in urbe felici Panormi XVIIII februarii X indicionis.

(a) In sopralinea. (b) Segue *ad so* espunto. (c) In sopralinea su *ad illud aliud* espunto.

Petrus secundus Dei gracia rex Sicilie pretori iudicibus et iuratis ac thesaurario pecunie felicis urbis Panormi fidelibus suis graciam suam et bonam voluntatem. Presens nuper in conspectu nostro Albertus de Milite de Panormo miles consiliarius familiaris et fidelis noster culmini nostro nuper humiliter supplicavit ut cum idem Albertus ad mandatum nostre Curie per universitatem urbis ipsius statutus et ordinatus fuerit in capitaneum peditum armigerorum transmissorum pridie ad planum Milacii contra hostes per universitatem eamdem et in itinere ipsorum expenderit de suo proprio pro certis necessariis tubatoribus naccarato [...] et[a] bapnitori urbis eiusdem quos propterea secum adduxit certam pecunie quantitatem et eciam de suo eisdem personis expensis fecerit usque ad planum predictum, nobis super satisfaciendo se[b] satisfieri faciendo sibi de expensis predictis de pecunia scilicet universitatis ipsius per nostras scribere licteras dignaremur; qua supplicacione benigna audita, quia universitatum negocia de privatorum pecunia geri non debent, fidelitati vestre mandamus quatenus dicto Alberto de expensis predictis debita ipsarum per vos taxacione prima de pecunia universitatis eiusdem penes te thesaurarium existente vel primo futura per manus tui thesaurarii supradicti preter diminucionem aliquam satisfacere procuretis, recepturus tu thesararius predictus de hiis per que sibi propterea solveris apodixam suo tamen sigillo munitam tuo raciocinio producenda; ecce quod nobili Manfrido de Claromonte comiti Claromontis regni nostri siniscalco et capitaneo ac iusticiario dicte urbis consiliario familiari et fideli nostro quod si in execucione presencium vos forte gerentes tepidos vel remissos vos ad id cogat per alias nostras damus licteras in mandatis. Datum Messane anno dominice incarnacionis M CCC XLI, V ianuarii decime indicionis.

(a) Segue espunzione. (b) Così per *seu*.

170

1342 gennaio 15, X ind., Messina

Pietro II ordina al pretore ai giudici e ai giurati di Palermo di affi-

dare al miles *Alberto de Milite, consigliere e familiare regio, la chiave dell'archivio cittadino che era tenuta dal defunto Giovanni de Calvellis.*

[c. 48 v.]

Pro domino Alberto de Milite quod teneat unam clavem archivii.

Petrus secundus Dei gracia rex Sicilie pretori iudicibus et iuratis felicis urbis Panormi fidelibus suis graciam suam et bonam voluntatem. Cum diligenti liberacione[a] perhabita de beneplacito et mandato nostro procedat quod Albertus de Milite de dicta urbe miles consiliarius familiaris et fidelis noster unam de clavibus archivii urbis eiusdem illam scilicet quam nunc tene[b] de nostro mandato usque ad nostrum beneplacitum teneat custodiat et conservet quamquam in agendis adque serviciis universitatis eiusdem prout quondam Iohannis de Calvellis miles de ordinacione Curie vita sibi comite faciebat intersit et agat, fidelitati vestre mandamus quatenus predictum Albertum predictam clavem tenere et decernere permictents ipsum in predictis agendis atque negociis universitatis eiusdem quociens illa tractatis et agitis evocetis ipsaque expediatis ita quod nichil eum exinde lateat ullo modo et hec agat cum plena noticia nobilis Manfridi de Claromonte comitis Claromontis regni Sicilie senescalci ac dicte urbis iusticiarii et capitanei consiliarii familiaris et fidelis nostri per quem plenam habere volumus noticiam huiusmodi agendorum. Datum Messane anno dominice incarnacionis M CCC XLI V ianuarii X indicionis.

(a) Così per *deliberacione*. (b) Così nel testo.

171

[1342] febbraio 25, X ind., Palermo

L'università ordina ad Andrea di Giovanni, gabelloto bucheriarum, *di rimborsare al* miles *Alberto de Milite 4 onze e 25 tarì spese nell'accompagnare il contingente militare cittadino a Milazzo.*

eiusdem urbis hoc anno presentis X indicionis facte inventum extitit Colum ipsum per se et alios suo nomine proinde exolvisse omnibus computatis uncias auri viginti novem[a] et tarenos decem et grana III, idcirco racionem eamdem eidem Colo[b] penitus acceptamus liberantes ipsum proinde a peticione tocius dicte pecunie quantitatis, sibi pactum facientes de ulterius aliquid dicta de causa non petendo. Data in pretorio dicte urbis XXVII iunii X indicionis

(a) In sopralinea. (b) In sopralinea.

225

[1342] giugno 27, X ind., Palermo

L'università di Palermo torna a raccomandare a Pietro II di voler confermare l'elezione del concittadino fra' Giovanni Brachio, abate del monastero di S. Spirito, ora eletto abate del monastero di S. Maria di Altofonte.

ED.: La Sicilia sacra, a c. di L. Boglino, vol. II, Palermo 1900, pp. 246 s.

[c. 82 r./v.]

Lictera rogatoria.

Sacre regie maiestati universitas sua felicis urbis Panormi manuum oscula et debite fidelitatis obsequia. Verum serenitati vestre humiles effundisse pro fratre Iohanne Brachio abbate monasterii Sancti Spiritus de urbe ipsa honorabile concive et compatriota nostro deprecaciones meminimus per alias nostras licteras tenoris subscripti:

Sacre regie maiestati universitas sue felicis urbis Panormi manuum oscula et debite fidelitatis obsequia. Civitatum famositas tunc per diversas orbis partes difunditur cum ex oriundis urbis eiusdem[a] plures et quamplures ad dignitatum fastidia[b] reperiuntur habiles promoveri, quamplurimum autem perfectius fulget cum iam habiles ex eisdem civibus cognoscantur ad ardua; hac itaque consideracione commoti, quia vi-

demus et audimus multas orbis civitates et loca per oriundos assumptos ad fastos comuni divulgacione beatificari et insit nobis ad presens dicte vestre panormitane urbis materia laudis similis atquirende novimus unaniter et pari voto pro nostris concivibus vestris fidelibus et devotis in propagacione laudis urbis prescripte vestre serenitas regie supplicare; cum itaque frater Iohannes dictus abbas monasterii sancti Spiritus de Panormo natus et nutritus in eadem urbe dum visitacionis sibi commissum officium exerceret propter mortem fratris Petri Gucii abbatis monasterii vestri sancte Marie de Altofonte regii Parci Panormi fuerit vocatus et canonice electus in abbatem monasterii antedicti prout in decreto inde facto potuit vestra curia informari, quia de vita et monacali sufficiencia dicti fratris Iohannis puplica fama de eo penes quempiam laudabile testimonium perhibere ac nativitate eiusdem et parentum suorum in urbe prescripta nobis constat ad plenum ideo flexis genibus serenitati vestre humiliter supplicamus ut vestra benignitas interventu nostrarum supplicacionum humilium dictum fratrem Iohannem in iure suo si quod habet in eleccione predicta mandare dignetur recipi et clementer audiri in conspectu vestre regie maiestatis, quem admodum affectamus quod urbe vestra predicta que hucusque privata extitit suorum oriundorum pro hominibus ad dignitates arduas vel mediocres non patet ex parte quod nec ad prelacciones nec ad canonicatus promovetur sed tamen exteri prelaccionibus et dignitatibus suorum civium decoretur. Scripte etc.

Tamen quia consideracione premissorum in eisdem licteris contentorum et alis iustis racionibus atque causis cogimur iuxta posse nostras apponere partes circa honores abbatis pretracti idcirco iterato clemencie maiestatis vestre flexis genibus humiliter deprecamur ut dignetur inde dictam nostram peticionem precipue quia iusta est ad effectum producere peroptatum, ut inde nos et sui spiritus ylares assumere valeamus, ipseque abbas ex quo divina operante clemencia est electus confirmacionem valeat consequi debitam atque condignam prout divina et humana iura postulant et requirunt. Scripte in urbe predicta XXVII <iunii> X indicionis.

(a) Segue parola espunta. (b) Così per *fastigia*!